


JOHANNIS MARCKII
CHRISTIANÆ
THEOLOGICÆ
MEDULLA

DIDACTICO-ELENCITICA.

Ex majori Opere, secundum ejus Ca-
pita & Paragraphos, expressa.

*In usus primos Academicæ
Juventutis.*



AMSTELÆDAMI,
Excudit GERARDUS BORSTIUS, Bibliopola
Anno C. M. D. C. X. C.

Plurimum Reverendis, Clarissimis,

atque Celeberrimis Viris;

D. FRIDERICO SPANHEMIO,
FRID. FILIO, S. S. THEOL. Doctori,
hujusque & Sacrarum Antiquitatum Pro-
fessori Primario.

D. JACOBO TRIGLANDIO, JAC.
FILIO & NEPOTI, S. S. THEOL.
Doctori, & Professori Ordinario.

*Collegis in Academia Lugdano-Batava Optimis
& Desideratissimis.*

JOHANNES à MARCK F. P.



Uem non potui ante aliquot
menses in inaugurali meo
apud hanc Academiam Ser-
mone dissimulare animi mei
affectum, eundem iterum & publicè
magis testaturus adsum. Gratissima
contigerat mihi apud Groninganos
statio; sed amicis tamen Symmysta-
rum consiliis haud adeò apta. Offe-
rebatur non ambienti mihi una Vobif-
cum,

* 2

P R Æ F A T I O.

cum, VIRI CELEBERRIMI, cathedra, quâ nulla aptior modo ad colenda sanctissimæ fraternitatis iura videbatur. Recordabar enim facile adolescentis ætatis, quâ Magno SPANHEMIO Præceptore familiariter usus, & TRIGLANDIUM commilitonem suavissimum nactus, nunquam destituebar vel salutari consilio, vel præclara discendi occasione. Atque animadvertēbam, locorum intercapedine non imminentium adversus me Paternum & Fratrum Vestrum Amorem, quando apud me adventum uristis ceclerem, & apud alios invitationem mei liberalem, sicut tenuitatis meæ propriæ conscientia mihi persuadet. Sic debui & volui loco cedere priori, atque ad Vos accedere, ut à Vestra Doctrina, Pietate, Prudentia, Facundia, & Celebritate, juvarer, ac incitarer, simul, necretque pariter junctis manibus opus Domini feliciter promoverē. Nec festellit me hætenus expectatio læta; cum divisis operis & uni-

P R Æ F A T I O.

& unitis animis veritates cœlestes docemus, ἀληθείας ἐν ἀγάπῃ, ac sentiendi libertatem sancto veteris veri amore temperantes. Dum amplius Vestra consuetudine ad sublimiores Doctrinæ nostræ apices ducor ego, etiam ubi quotidianos profertis sermones. Dum adhuc officiis amicitia imparem obruitis; inter quæ numero admissionem mei ad alteram Ministerii Ecclesiastici partem, à TRIGLANDIO nuper procuratam. Dum tandem Academiam videmus in dies magnopere augeri, & contra livoris ac maledicentiæ stimulos crescere Egregiorum juvenum numerum, qui veritatis & pacis studia juncta dissecant alacriter, & doceant olim dextre. Illuc spectat brevis hæc THEOLOGICÆ Christianæ MEDULLA, quam ex majori Opere in primos Juventutis nostræ usus expressi, ut posset illa maxime necessariis facilius incumbere, & eodem filo secundum temporis nostri rationem postea progredi felicius. Nec dubito, quin

ca. Vo-

PRÆFATIO.

ea Vobis fit in hunc finem placitura, quando res & methodum earum in alio opere dudum probastis. Accipite ergo hoc quaecunque observantia meæ testimonium, quod nunc quidem præ manibus fuit; me amate & juvante constanter; à ac valete diu in Ecclesiæ & Academiæ ornamentum ac munimentum, atque meum gaudium. Dabam Lugduni Bat. ipsis Kall. Jul. Gregor. A. M. D. C. XC.

INDEX CAPITULUM

hujus Medullæ.

I. Cap.	D E Theologia voce & definitione.	I
II.	De Principio Theologia, sive S. Scripturâ.	8
III.	De Religione.	25
IV.	De Deo.	29
V.	De Personarum Trinitate.	45
VI.	De Decretis Divinis.	56
VII.	De Prædestinatione.	62
VIII.	De Creatione.	73
IX.	De Angelis.	82
X.	De Providentia Dei.	90
XI.	De Cultu Dei, & Lege illius norma.	96
XII.	De Decalogo.	111
XIII.	De Homine.	124
XIV.	De Statu Integritatis.	130
XV.	De Peccato Hominum.	137
XVI.	De Pœna Peccati.	151
XVII.	De Fœdere Gratia, Evangelio, & varia hujus Oeconomia.	154
XVIII.	De Mediatore Fœderis Gratia.	160
XIX.	De Persona Jesu Christi.	166
XX.	De	

INDEX

XX.	De Officio Jesu Christi.	176
XXI.	De Statu Jesu Christi.	192
XXII.	De Officiis Fœderis Gratia, Fide scil. & Respicentia.	202
XXIII.	De Vocazione Efficaci.	213
XXIV.	De Justificatione.	217
XXV.	De Sanctificatione & Bonis Operibus.	225
XXVI.	De Oratione, Jejunio, Vigilia, Ele- mosyna, & Voto.	230
XXVII.	De Conservatione.	241
XXVIII.	De Regeneratione, Adoptione, Recon- ciliatione, & Liberatione.	243
XXIX.	De Sacramentis Fœderis Gratia.	248
XXX.	De Baptismo Christiano.	257
XXXI.	De Cœna Dominica.	267
XXXII.	De Ecclesia.	276
XXXIII.	De Regimine Ecclesie.	288
XXXIV.	De Glorificatione.	303



MEDULLA THEOLOGICÆ

CHRISTIANÆ

DIDACTICO-ELENTICÆ

CONTRACTA.

CAPUT PRIMUM.

De Theologicæ voce & definitione.



heologicæ nomen, ex origine ἁλό-
γοσ, notat *sermonem Dei*; atque ita
vocatur præcipue doctrina nostra,
tum quod agat de Deo, tum quod
e. De revelatione petatur.

II. Vox h non legitur in Scriptura. Imò
Theologi appellatio in Apocalypsis inscriptione à
Patribus potius in Ecclesia antiqua, quam ab ipso-
Spiritu S. Johanni videtur esse data.

III. Extant tamen in Scriptura voces, ex qui-
bus nomen hoc componitur, tum λόγια & ἡσ̄ κ̄ομ,
111. 2. tum λεγ̄οσ̄ & ἡσ̄. Quod sæpe est nomen
personale Filii Dei *Pal/xxxiii. 6. Job. i. i.*

IV. Sed & sæpe nomen hoc exprimit verbum
A Dei

ter nosse aut colere potuerit, nisi trinum noverit.

XVII. Negunt *Sociniani* Theologiam naturalem insitam, & quandoque etiam acquiritam, & obiciunt *I. Stultum dicere in corde suo, non esse Deum*, ex *Psal. xiv. 1.* Resp. nos; dicitum illud tum devoto impii, tum de providentia Dei debere intelligi. *Obj. ii. Credi debere, esse Deum*, ex *Hebr. xi. 6.* Resp. Idem cognosci ex natura, quamquam amplius ex revelatione. & hactenus simul credi. *Obj. iii. Infantes carere Theologia.* Resp. Habere eos hanc, non quidem actu, sed facultate, ut ingressum, loquelam, & alia, *Obj. iv. Gentes esse, quæ nihil agnoscant nomen.* Resp. Illud reitari ab experientia antiquissima, nec paucorum negativo testimonio posse demonstrari. *Obj. v. Homines Atheos semper* & ubique deprehendi. Resp. Nullos dari, qui theoretice & naturaliter omne nomen ignorent; etiam si verum Deum non agnoscant multi, nec Deum colant decenter, imo nonnulli forte per Dei speciale beneficium naturali luce forent aliquando privati.

XVIII. Extendit se Theologia naturalis non tantum ad Dei existentiam, sed & essentiam, attributa, opera naturalia, & legem etiam ex parte; quæ *to 7755072828* dicuntur. Non autem ad Personarum Trinitatem, aut Christum Mediatorem *Matt. xvi. 17. 1. Cor. ii. 14. &c.*

XIX. Est Theologia hæc insufficientis ad salutem. *1. Quia non docet, quis sit verus Deus Job. xvii. 4. 2. Quia non docet Christum, coll. act. iv. 12. Job. iii. 36. 3. Quia gentiles dicuntur vixisse absque spe salutis Eph. ii. 12. 4. Quia nulla datur iustificatio ex operibus, & Evangelium naturaliter non sufficit ad eam.*

X. Sufficiens eam tamen dicunt Pelagianii &

ni & *Sociniani*, atque obiciunt *1. Omne quod de Deo cognosci potest, per illam constare*, ex *Rom. i. 19.* Resp. Non tamen id quod credi seu intelligi debet ex revelatione. *Obj. ii. Homines per illam constitui inexcusabiles*, ex *Rom. i. 20.* Resp. Prætextum non omnem vanum, sed solidum, vel qui speciem habeat etiam, tolli. *Obj. iii. Ducere eam ad respiciendam*, ex *Rom. ii. 4.* Resp. Non ad salutem; vel potius impellere, quam ut via commoda monstrata illic perducatur. *Obj. iv. Cogitationes exultantes ex illa oriri*, ex *Rom. ii. 15.* Resp. Non que temper & omni respectu excusent. *Obj. v. Deum per illam inveniri posse*, ex *Act. xviii. 27.* Resp. Illius existentiam, non tamen communionem gratiosam.

XXI. Theologia naturalis in abstracto non pugnat cum revelata, quia veritas veritati non est contraria. Sed quoniam in abstracto nullibi exit, sicut revelata in Scripturis para legi potest, hinc ut superiori & certiori cedere debet, ubicumque pugna aliqua reperitur.

XXII. Finis ejus non est salus, sed præcipue hominum convictio *Rom. i. 20.* & coercitio major in externa societate.

XXIII Theologie naturalis insufficientia necessitatem revelatæ docet, & docuit etiam gentes ipsas.

XXIV. Theologia revelata dicitur, vel *arbitraria*, vel *systematica*. Est autem habitus *supernaturalis*, nec simple s, sed *compositus*; unde *scientiæ, sapientiæ, & prudentiæ* varia habet nomina *2. Pet. iii. 18. Jac. iii. 17. Deut. iv. 6.*

XXV. Systematica respectu partium varie distribuitur, præcipue in *Dialecticam* & *Etonicam*; itemque in *Positivam* & *Scholasticam*. Quatum

A 3 illa

